



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

I. De vita & honestate clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

CAPITVLA.

I.

VERVM, quantum expedit ad profectum & robur fidei Christianæ, vt sacramenta ecclesiæ, in quibus tamquam in vasis medicinalibus populus deuotus & humilis antidotum gratiæ recipere consueuit, in honore & reuerentia ab omnibus habeantur, cum ea plerumque contingat effici vilia propter vilem & abominabilem ministrorum ecclesiæ conuersationem, vniuersis ecclesiasticis personis prouinciæ Saltzburgensis & ciuitatis & diœcesis Pragensi præcipimus, vt in victu, gestu, & aliis operibus ac circumstantiis status sui, sic honeste se habeant, & decenter, ne propter ipsos nomen ecclesiasticum inter laicos blasphemetur: eisdem districtius inhibentes, ne de patrimonio Crucifixi inimicos se faciant Crucis Christi, sicut illi quorum Deus venter est, qui terrena sapiunt non diuina: in conuiujs suis modestiam & mediocritatem obseruent, superfluitatem indebitam resécantes, ebrietatem omnium vitiorum fomitem & nutricem deuitent.

Clerus in victu, gestu & alijs se habeat decenter.

II.

Prælati vero a grauaminibus abstineant subditorum, & maxime cum ecclesias visitant, moderentur expensas; exercent euectionum nummum, prout in generali Concilio fuit diffinitum.

III.

Præsentis igitur Concilii approbatione præcipimus, vt clerici continenter & caste viuere stu-

Concil. Tom. 28.

Rrr ij